Völuspá

VǪLOSPÁ

HOC EST

VOLAE

SEU

SIBYLLAE ARCTOAE VATICINIUM.

CODICIS VIDALINIANI,

M. ARENDTII

QUO RITE TANDEM POSSIT DIIUDICARI, NUM A GEIRI VIDALINI SIT DIVERSUS NECNE,

SPECIMEN INTEGRUM

SUA IPSIUS MANU ACCURATE DESCRIPTUM

EDIDIT

FRIDERICUS DAVID GRAETER

PHILOSOPH DOCTOR ET PROFESSOR

REGNI WÜRTEMBERGICI CIRCULI INFERIOR. PAEDAGOGARCHA ALTER. ETC.
NOVEMVIRIS AD ANTIQUITATUM DANIAE CIMELIA EXTRA DANIAM CONSERVANDA REGIA AUTORITATE INVITATIS, NEC NON SOCIETATI, CONIUNGENDIS UNIVERSAE SCANDINAVIAE ANTIQUITATUM STUDIIS DICATAE ADSCRIPTUS.
ACADEMIAE QUOQUE REGIAE BEROLINENSIS DELECTUS Q. TEUTONICI, SOCIETATIS ANTIQUITATUM CASSELLANAE, TEUTONICARUM LIPSIAE ET BEROLINI, ORDINISQUE AD PEGNESIN FLORIGERI SODALIS.

LIPSIAE,

IN IOACHIMI OFFICINA LIBRORUM VENALIUM CENTRALI.

VIRO

PRAENOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
AMICISSIMO SIBI

FINNO MAGNAEO

ISLANDO

PROFESSORI UNIVERSITATIS LITER. HAFNIENSIS P.
SEVIRIS AD CONSERVANDA DANIAE IN DANIA ANTIQUITATUM CIMELIA
REGIA AUTORITATE DELEGATIS ADSCRIPTO, NEC NON SOCIETATIS AD
LITERAS ISLANDIAE IN DANIA PROMOVENDAS SECRETARIO,

S. D.

FRID. DAV. GRAETER

HALA - SVEVUS.

Permagni intererat, quo Tibi haec tempore epistola reddita esset, Doctissime Magnaee, utrum quum praelectionibus in sacra arctoae poëseos cimelia adhuc vacares, an quum ab hoc iam discessisses negotio. At morae in me culpa non haerebat, sed fusoris typorum est. Simulac enim ex incommoda emerseram valetudine, textum edendo parare quam maxime maturavi, haud parum gavisus, ad meum Te iudicium, Codicis, quemadmodum possessor eiusdem, Vir praeclarissimus *Martinus Arendt* prae se id ferebat, *Vidaliniani* à *Vidalino* prorsus omninoque distinguendi integrum tandem specimen esse edendum, quo possit discerni verum à specie veri, addidisse tuam autoritatem, eamque maximam apud me et inprimis gravem, atque talem, ut, quod σχεδίασμα ab initio erat totum, ne prorsus abiicerem, sed re efficerem potius, Tui potissimum impulerit caritas et observantia.

En itaque exemplum *Voeluspae Vidalinianae!* quod vel ea diligentia typis curavi describendum, ut paginatim descriptio codici respondeat, nec id neglexi, ut consonas quas vocant, priscis usitatissimas, þ et đ, ubicunque occurrant, nec per *th* nec per *d* non aspiratum sibilatumve exprimerem, sed

typos potius sibi proprios excudi fundique iuberem. Malui quoque vocales, clarius depressiusve efferendas, ę et ǫ, relinqui in medio, quam in formam mutari habitumque recentiorem. Neque vero mendis laborat typographicis, nisi forte post accurate a me correctas ad excudendum paginas serius aliqua irrepserint; sed ipsius vitia codicis ac virtutes, quotquot qualesve sint, sine ulla habes dissimulatione, sic ut haec criticis potissimum praelectionibus quam aptissima sit editio.

Quisquis autem is fuerit *Vidalinus*, quem volunt esse autorem codicis, equidem certe impensam, quam fecit in μακρόκολλα, nec non πίνου literarum, nihil est enim illis elegantius neque vero rarius obvium in codicibus istius aevi manu exaratis, maximopere sum admiratus. Sagacitatem propterea scriptoris in deligendis librorum lectionibus suspicabar perinde placituram, quas quum propius inspectas cum impressis contuleram, non omnino displicuisse delector, nisi equidem fortasse, ut Cicero ait, τυφλόττω, et nimium τῷ τοῦ πίνου καλῷ προςπέπονθα.

Te penes, Vir Doctissime, ulterior rei sit diiudicatio!

Differre, nec parum, ab impressa Resenii editione hanc nostram vel ex eo liquet, quod carminis κομμάτων isti non nisi LIX, huic contra sint LXIV. quamvis non ignorem, et nostram in strophis rite sciteque a se disiungendis certosque ad fines revocandis, ut haud raro vel apud Romanorum Graecorumve commentatores, qui poetice non sapiunt nec insulsorum hominum glossemata a vero et ge-

nuino vatis sapore disturbare audent valentve; iusto saepius hallucinari.

Atqui hoc ipsum, ne inanem Codici Vidaliniano aucupari rumorem umbrasve falsae gloriae videar conciliare, quin exemplis et rationibus doceam, nullus equidem recuso.

Volae nostrae Vaticinium strophis octostichis fuisse a suis primordiis distinctum, quas *Fornyrdalag* antiquitas, recentior aetas Alforum melos s. *Liuflings-lag* appellat, nemo rei gnarus facile ibit inficias, qua tamen in re non magis Reseniana quam Vidaliniana recensio plus una vice dormitant.

Undecim quidem priores strophae in utraque pari ambulant passu, sed quintae sextaeque rescindendo vel potius elidendo, nonae contra insarciendo manifeste est medendum. Distichon nimirum illud quintae strophae:

Stiörnor þatne viſſo
Hvar þer ſtaði atto

Stellae hoc nesciebant,
Ubi locum haberent,

quamvis bellum, merum tamen est glossema, quum versui distichi prioris

Hvar hon ſali atti

Ubi domicilium ipsa haberet

hoc *staði atto* quam maxime, ut mihi quidem videtur, ieiune opponitur. Sic in stropha sexta distichi tertii

nót oc niþiom
naufn um gafo

facile deprehenditur abundantia. Perperam enim *Resenius* vel rectius *Stephanus Olai* haec verba sic interpretatur:

> Nocti *decrescentique lunae*
> nomina indiderunt

quamvis non ignorem *τὸ* vel *τὰ niþ* lunam indicare silentem, hoc est tam crescentem quam decrescentem, sed latentem oculos. Ecquid enim *nox* et *novilunium?* diis quatuor *diei* spatia definientibus? *Niþiom* istud potius dativum putaverim esse pluralem vocis *niþr*, cuius nominativus *niþiar* est, hac ratione, ut glossator vatem suum cogat dicere:

> Nocti *eiusque cognatis*
> Nomina indiderunt,
> *Mane* constituerunt
> *Mediamque diem*
> *Vesperam mediamque noctem* *)
> In anni computatione.

Quae quidem *diei tempora* veri *noctis* dici possunt *cognati*, cum ex sententia utriusque Eddae *diem* ex *noctis* semine esse progenitum satis constet.

Nonae contra quartum versum

> *oc um þat gettuz*
> et de hoc consultarunt,

perinde ac vigesimae tertiae et quintae secundum, non ignarus melioris, temere retorsit beat. Resenius.

Cum duodecima demum vera stropharum utriusque textus, ut vocant, manifestatur diversitas. Sed male Resenius post quartum versum stropham reli-

*) Confer Eddae Saem. P. I. p. 225.

quit, posteram cum quinto incipiens, quippe quem haud latere debebat, carmen octostichum quatuor non nisi versibus expleri nequaquam posse; medelam quoque rei vix attulit, duodecim huic, hoc est, quatuor plus iusto versus intrudens, qua tamen re factum est, ut utraque denuo recensio recurreret in eundem locum.

Porro, ut XVtae strophae, defectu laboranti, succurrat, praecidendo XVItae duos priores versus nihil praestat melioris. Idem revera ipsum est, utra laboret. Nunc huic erit succurrendum. Patet enim luculenter et in promptu est, nomina aliquot Dvergorum excidisse, sive in fine sit prioris, sive ab initio sequentis strophae, quae quidem, (nam mihimet, si vere possit, indagandi in praesentia non suppetit otium,) forsitan ex Eddae Snorrianae Dvergorum recensu aliquando a Te repetentur.

Denique a stropha XVIIma usque ad XXVIImam eadem est in Vidaliniana nostra ac Reseniana dispensatio, nisi quod haec in vicesima tertia iterum male eliserit versum quartum

oc um þat gettuz.

Ceterum quibus abundent versibus necne una earum alterave, neutra vidit recensio, vel ut liberalius iudicemus, tantillae rei, ut tunc putabatur, curam prorsus utraque neglexit.

Quantum vero ego quidem sentio, si quid est in me sensus recti pulchrive, in vicesima prima distichon secundum:

Alda bornom
orlaug ſeggia

quo absque poeticae dictionis damno facile potest carere, in vicesima vero secunda duo posteriora:

Seið hon kunni
seið hon leikinn
ę var hon angan
illrar brudar

videntur esse supervacua.

Segmenta, quae apud nos sunt, XXVIII. et XXIX. Resenius in unum contraxit. Non optime, ut puto, quamvis videam, et nostrum scriptorem hac vice labi per errorem. Quod si enim non nisi a verbis

Dreccr miod Mimir
morgin hverian

initium faceret stropha, dimidio foret iusto brevior. Hoc ipsum itaque initium duobus distichis superius esse ponendum facile concedes, hac ratione, ut universa contineatur

Stropha XXIX.

hisce versibus:

Alt veit ec Oþinn,
Hvar þu auga falt:
I enom męra
Mimis brunni!
Dręccr miod Mimir
morgin hverian
af veði valfauþrs:
Vitoþ er en eþ hvat?

h. e.

Egregie novi, Odine,
Ubinam tu oculum condideris:
In isto illustri
Mimeri fonte!

(Iam) haurit mulsum Mimerus
Mane quocunque .
Ex pignore Caesorum - patris:
Intelligitisne iam? an quid tandem?

Nec minus XXX^ma^ stropha (quam Resenius XXIX^nam^ putat, una cum sequenti laborabunt, nisi ex segmento, quod nos habemus XXXI^mum^:

Sa hon valkyrior
vitt um komnar,
gaurvar at riða
til goð þioðar.
Vidit ea Valkyrias
Eminus adventantes,
Paratas equis pergendo
Ad divinam (proeliantium) turbam!

prius quidem distichon priori vindicaveris strophae, posterius vero plane reieceris.

Sed iam satis eius superque esto; quod de scitiori et ad normam quandam prosodicam constituenda stropharum ratione eram dicturus.

Venio nunc ad ea, quae de virtute codicis dicenda sunt.

Primum quidem illius orthographia remotius olet aevum Reseniana, longeque propius accedit ad istam *Arae Multiscii* quam novimus antiquissimam. *) Referenda erunt ad haec antiquius illud idemque plane obsoletum *o* pro *u*, *e* pro *i*, *aù* pro

*) Notatu nihilo secius dignum id mihi videtur, quod acutissimus eius editor, *Andreas Bussaeus*, literam þ, *ob typi illius*, ut refert, *in chalcographeis defectum*, partim cum *th* commutaverit, partim autem et in medio per *d* expresserit, licet minime eat inficias, »ab initio vocis *τὸ* þ so-

ö vel ǫ, c pro *k*, *z* pro *st*, *qv* pro *k* et sic porro, cuius utriusque scriptionis exemplum praebere libet strophas VII. et VIII; in utraque editione non nisi orthographia divergentes.

En

Resenianam	*nostramque.*
	Str. VII.
Hittust Aeser	Hittoz Aes*ir*
á Idavelle,	a iðavell*i*
Their ed Hǫrg og Hof	þeir er h*au*rg oc hof
hátymbrudu,	hatimbroðo
Affla lǫgdu	Afla l*au*gð*o*
aud Smydudu	auð Smiðoþo
Tanger skópu	tang*ir* scop*o*
og tól giǫrdu.	oc tol gordo.
	Str. VIII.
Tefldu i Tune,	Tefld*o* i tun*i*
teiter voru,	teit*ir* voro
Var theim Vetterges	var þeim vetterg*is*
vant ur Gulle,	vant *or* gull*i*
Unst thriar komu	unnz þriar *qvomo*
Thurssa Meyar,	þursa meyiar
Amatkar mioz	amatkar mio*c*
ur Jǫtunheimum.	*or* iotunheimom.

quam

»num τοῦ *th* (*i. e.* anglici) habere, *in medio* vero duriuscu»le, mollius tamen in fine esse pronunciandum.« Literae ð contra, cuius usus absque dubio, ut in quovis fere codice, literis scripto anglosaxonicis, ita quoque in Ariano occurrat necesse est; ne ullam quidem facit mentionem, nec literas ę et ǫ, quibus vix carebat Arianus, servat easdem, nec denique distinguendi per accentus longiorum breviorumque vocalium habet rationem, quod tamen vitium ut in nostro exemplo, fortassis aevi, ex quo irreptum, non editoris est.

quam quidem ipsam scribendi Codicis Eddae Saemundinae Regii rationem, ut ex praefatione videre est, in prima ipsius parte edenda presse plerumque sunt secuti Legati Magnaeani Quinqueviri.

Deinde lectiones Vidaliniana haec offert plurimas et a textu Reseniano et a variantibus e Codice Regio et Noldiano, ut suspicor, petitis plane dissentientes, quas si non omnes probaveris, nego tamen omnes Te autumaturum reiiciendas.

Ecce aliquod spicilegium!

Stropha I.

Resenian.	*Vidalinian.*
V. 5. Villdo a͗t eg Walfödurs	Vildo *it* *) ec valfaþr
Vel um telia:	Vel *ſyr* telia.
v. 8. thau er eg fremst vm Nam.	þau ec fremst *umman.*
quae ego remotissime *didici.*	quae ego — *recordor.*

Str. II.

v. 1. Eg nam Jötna	Ec *man* iotna
v. 5. Nio nam eg heima.	nio *man* ec heima.

Str. III.

v. 1. Nie ſvalar vm	*Ne ſvalar unnir*
nec *refrigerationes circum*	nec *frigidae undae*

(altero videlicet *ſvalor* a *ſvali*, refrigeratio, altero a *ſvalr*, subfrigidus, quod male in Lexico Haldor-

*) Forsitan *vildit at ec*, vel orthographiae et dialecto, quas servat hic scriptor, accomodatius: *vildoþ at ec*, siquidem vobis cordi est, ut ego etc.

sonii omittitur, derivato. *Svalar unnir* nimirum et in *Grimnismálo* Str. VII. v. 2. et 3. occurrunt. Sandvigius contra: *ei kjolig' Lunde* danice vertens in alio quopiam codice lectionem

Ne svalir lundir
nec frigida nemora

reperisse videtur).

v. 10.	Hvar hann Meigins atte.	*Hvat* hann *megins* atti.

Str. *IX.*

v. 1.	Thå gengvingu Reingen.	þa *gengo regin.*

Str. *XI.*

v. 1.	Nor og Nide	*Nyi* oc Niþi
v. 7.	An og Anar.	*Anoe* (sic! sed forte rectius: *An oc*) *Anarr.*

Str. *XIII.*

v. 3.	Heite, Wili, Hanar, Svyor.	*Hepti*, Vili *Hanarr*, *Sviorr.*

Str. *XIV.*

v. 1.	Frår, Hornbori, Fǫgur og Lône.	Frar Hornbori *Fręgr* oc Loni.

Str. *XX.*

v. 4.	er und tholle stendur.	*er und polli* (quod fere idem est) *ſtendur.*

Str. *XXII.*

v. 5.	Heide hana hietu.	Heidi *bana* (sic! ?) heto.

Str. *XXXII.*

v. 2.	— Mǫnnum —	— mer —
v. 3.	— Harmflog —	— Harmflaug
v. 5.	Balldur Broder.	Baldrs broþis.

Str. XXXIII.

v. 1. Thô hun (male, ut videtur, quum Odini *filium*, non *filiam* spectet.) | þo *hann* (ille, absque dubio rectius).

v. 5 — 8. tandem

Reseniana sic habet,

Frygg vm griet
i Fensolum
Wordur Walhallar,
Frigga lugebat
In Fensalis
Custos! Valhallae!

prorsus sine sensu; nostra vero

En Frigg um gret
i fensaulom
va valhallar

h. e. sed *Frigga*, deorum regina (postquam *Höderus* erat natus, Balderum ex praesagio Volae oppressurus) in palatiis suis lugebat solitaria *terrorem* (va Valhallar) *Valhallae*, e *Balderi* caede, quippe quem omnes dii deaeque in deliciis habebant, omnibus coelicolis proxime imminentem.

Non est, Vir Doctissime, qui cetera ipse expendes, Tuaeque mentis acie aestimabis, quod Te diutius morer, carminisque usque ad extremum versum has, quibus gaudet, lectiones peculiares insequar. Quod volui efficere, iam est effectum, Codicis scilicet nostri, sive is affinis Tui Venerabilis, S. R. Episcopi Skallholtensis manu sit exaratus, sive a *Paulo Biörni* filio *Vidalino*, *) Lipsiae in ado-

*) Vide *Ephemerides* meas *antiquarias*, *Idunna et Hermode* inscriptas 1816 et 1817. *Literarische Beylagen*,

lescentia spei plena anno 1759 defuncto, e toto lectionum penu concinnata farrago sit, lectiones profecto ipsas haud omnino esse indignas, quae legantur, quae conferantur, quae perpendantur. Fore itaque, ut haec Voeluspae nova et accurata e Codice Vidaliniano facta editio aliquid ipsi lucis et novi, siquidem carminibus in sua duntaxat forma, ad amussim pulcri rectique ducta, verus positus sit splendor, splendoris adferat, spero atque paene confido, et nisi me spes fallit haec ipsa, admodum laetor. In universo enim poëseos antiquae totius Scandinaviae orbe mihi quidem, ex quo huic literarum generi operam dedi, sunt autem triginta abhinc anni hoc ipso momento prorsus expleti, inter tot et tanta opera maiori quam hoc egregium et prope divinum Sibyllae arctoae vaticinium aviditate nullum arripui, nullo tam praesenti, tam igneo, animum mentemque simul ad astra trahente, quasi ex ipso empyreo spirante afflatu me sensi affectum.

Si quis tamen miratur epistolae huius ad Te publicae, lector conterraneus, me alioquin planum simplicemque, fanatico quasi hac de re actum errore esse, is, si vel fragmenta hinc inde a me versa divini istius carminis cognoverit, quamvis critica tunc textus constitutione indiguerint, laudibus eius facile suffragabitur, integramque aliquando

Nr. 6. p. 22. Quodsi hic vere est collector et scriptor codicis, haud parvam mihi illud conciliat voluptatem, quod specimine hoc ipso in eadem urbe, qua vitam posuit, nominis eius meritorumque honos e sua nimis diuturna emerserit tandem obscuritate.

ex critica editione versionem, tam diu desideratam, optandam quam maxime ducet.

En haec, quae istorum gratia iam ex diversis operibus, quibus disiecta latent, ad ordinem stropharum colligere est libitum, fragmenta:

Str. III. *)

Im Zeiten Anfang, da war noch nichts,
Kein Sand, kein See, kein wehend Lüftchen;
Nicht unten Erde, nicht Himmel oben,
Nur Kluft und Abgrund, und nirgend Gras!

Str. V. **)

Da wufste die Sonne nicht ihren Palast,
Kannten die Sterne nicht ihre Stätte,
Der Mond nicht seine Kraft.

Str. XIX. ***)

Eine Esche weifs ich, Ygdrasill genannt,
Die triefenden Haare begossen mit weifsem Staub!
Von ihnen herab regnet der Thau ins Thal!
Ewig steht sie, immergrün
Am heiligen Brunnen der Vorzeit!

Str. XX.

Aus ihm wandeln herauf vielwissender Jungfrau'n
Drey, aus jenem Meer, †) das unter der Wurzel wogt;
Urd heifst die eine, die andere Werdande,
Man grub auf den Schild Skulda die dritte.

*) Vide Aelteste Vorstellung der Welt = Götter = und Menschenentstehung aus der jüngern Edda, von F. D. G. in Braguri Tom. I. (Lipsiae, 1791.) p. 193 — 206.

**) Ibidem.

***) Vid. Nordische Blumen von Friedr. Dav. Gräter. Leipzig, 1789. S. 42.

†) *Snorronem* forsitan legisse ór *þeim sal* (*sali*) docui in: Nord. Blumen, 2te Ausgabe, quae nondum est finita, p. 114. et hinc in Ephem. *Idunna et Hermode*, 1816 nr. 22. p. 85. et 86.

Str. XXI.

Sie setzen Gesetze, sie bestimmen das Leben
Den Söhnen der Zeit, und der Sterblichen Schicksal!

Str. XXX. *)

De Sibylla nostra, virgines Odini Valkyrias equis suis adventantes animo conspiciente:

Sie sieht Walkyren fernher kommen
Verordnet zu reiten zum Gottesvolk!
Skuld den Schild in der Hand, die andere Skögul,
Gunnur, Hildur, Göndul und Geirsſkögul!

Str. XXXI.

Nun sind gezählt die Walkyren, verordnet
Ins Feld zu reiten, die Jungfraun Odins!

Str. XXXVIII. **)

De Titanide Gyge, vel si mavis, Gygia:

Gen Osten saſs im Eisenbusche,
Wolfszucht brütend, die Alte da,
Und brütet aus allen heraus ein Wunder,
Den Mondverschlinger in Zaubergestalt.

Str. XXXIX.

Der wird von Sterbender Leben satt!
Die Göttersitze färbt er mit rothem Blut.
Schwarz wird die Sonne im Sommer hernach,
Schlimm Wind und Wetter — versteht ihrs nicht?

Str. XL. ***)

Auf dem Hügel saſs und schlug die Harfe
Gygia's Hirte, der frohe Egder! u. s. w.

*) Ibidem, p. 289.

**) Vide *Braguri* Tom. I. p. 266.

***) Vide Antiquitatum Ephemerides: Idunna und Hermode, Tom. III. et IV. (1814.) Ueber die musikalischen Instrumente der Nordischen Vorzeit, p. 144.

Str. XLIII. *)

De malis auspiciis, terrae occasum praesagientibus:

Brüder kämpfen und morden sich!
Verwandte besudeln die Blutsverwandtschaft!
Gräuel der Welt! Grofser Ehbruch!
Eine Zeit des Beils! Eine Zeit der Schwerter, dafs die Schilde krachen!
Eine Zeit des Windsturms! eine Zeit des Gewildes,
Ehe die Erde zusammenstürzt!

Str. XLIV. **)

Erschüttert wird der alte Baum, der Ries' erlös't,
Weit hallen die hochstehende Esche Ygdrasill!

Str. LII. ***)

De ipso mundi, terrae saltem huius universae interitu:

Die Sonne düstert, die Erde sinkt ins Meer,
Vom Himmel stürzen die hellen Sterne herab!
Feuer durchwüthet den alten Erdball,
Dafs die hohe Farbe zum Himmel strahlt!
Und aus dem Meere steigt von neuem
Ein lieblichgrünendes Erdreich auf!

* * *

Sed integrum hoc quum carmen, ut cetera Eddae mythologica, †) germanitate donare essem eni-

*) Vide Nordische Blumen p. 140.

**) Ibid. p. 46.

***) Ibid. p. 141.

†) Celeberrimi et de literis antiquae memoriae immortaliter meriti *Erasmi Nyerupii* Lexicon Scandinaviae mythologicum (Wörterbuch der Scandinavischen Mythologie, Copenh.

sus, partim obscuriora aliquot loca offendi, quae critica manu, ut iam luculentius patet, videbantur indigere, partim tegi nominibus propriis et

1816.) forte evolvens incidi (p. 31.) in haec verba: „Nach dieser (puta *Sandvigii*) dänischen Uebersetzung lieferte Gräter in seinen Nordischen Blumen, Leipzig, 1789. die meisten eddischen Gesänge in die teutsche Sprache übersetzt!" quae quidem magnam mihi fecerunt mirationem. Flores enim arctoos ex ipso me Eddicorum carminum antiquo fonte, nec aliunde hausisse, hoc certo scio. Neque vero Sandvigianae versionis partem Imam, quam quidem benevolentiae studioque tunc erga me summo immortalis *Weissii* debeo, prius mihi innotuisse, quam die XV. Febr. 1791. nec alteram prius, qua ab ipso celeberr. *Nyerupio* sum donatus, quam die V. Augusti 1793, utriusque literae et repertoria mea luculenter docent. Qui quaeso fieri itaque potuerat, cum flores arctoos die iam XXII. Aprilis 1789. publicandos Erlanga Lipsiam miserim, ut subsidiis essem usus, non nisi duos quatuorve annos post mihi demum innotescentibus! Sed ut humana nos fallit memoria! Idem noster in Ephemeridibus literarum Hafniensibus (Nyeste Kjøbenhavnske Efterretninger om lærde Sager) 1790. Nr. 16. p. 250. hos ipsos flores verius ut ex ipso fonte petitos eorumque autorem ut antiquae sic recentioris Daniae linguae non ignarum exempli nominaverat causa, ad calcem quoque *Sandvigii* ipsam, beati *Herderi* meamque versiones tanquam recentissimas easque inter se diversas lectorem iusserat conferre. Ceterum non eo inficias, serius me Odam *Völundar — Quiþa* inscriptam, dum scandice illa nondum exstabat impressa, ex *Sandvigii* versione *danica* primum germanice vertisse, quod quidem Versionis tentamen, quo perfectius esset, cum celeberrimo eoque mei amantissimo *Nyerupio* pluries ivi communicatum! Hinc forte eiusdem recentissimus hic memoriae error.

geniorum et locorum, celarique sensum aliquem non tam mysticum quam physicum et philosophicum manifesta erant vestigia, quae vero passim non interiorem et exquisitiorem tantum patriae, ubi vates degebat, antiquae, sed etiam vocum obsoletiorum earumque subinde prorsus peculiarium notitiam exposcebant flagitabantque. Duxi id mihi religioni, ut carmen tam sacrosanctum (si ita dicere ex mente antiquitatis fas est) vel levissima paterer macula versionis infuscari, nec erant in promptu tum apographa codicum, nec subsidia sufficiebant, nec indigenae harum literarum statores, Viri illustres *Thorkelinus Skuliusque Thorlacius*, quorum quippe opem amicitiamque plus una vice per viginti annos provocaveram, spem alternis quidem annis ostendentes, sed negotiis forsan suis officiisque distracti detentique, optatis proh dolor speratisque unquam respondebant. *Gudmundus* vero *Magnaeus*, qui in Eddae Saemundinae carminibus autoritate *Legati Magnaeani* edendis Te praeibat, *Finne Magnaee*, (cuius nomen iam olim mihi *Arnae Gudmundique* patriae amorem classicasque in interpretando virtutes ominari videbatur) ut literis eundem eram appellaturus (1798), fato fuit ereptus, et quod denique Tu, cui ante hos iam quatuordecim annos in *Islandiam*, ubi tunc degebas, sensa mea ac cogitata perscribebam, responsum dare benigne volebas, et dedisti quidem, id repentina eademque inopinata Danici Tui amici, cui istud miseras, morte, quod inprimis doleo, omnino non ad oculos manusve meas est perlatum. Posthaec per septennium fere mu-

neribus officiisque publicis, urbi patriae dicatis, iisque gravissimis distracto, has ad operas subsecivas vix aliquantulum supererat otii.

Reversus tandem ad haec studia Te inter primos requirebam, optime Magnaee, eoque magis, quod ad edenda Eddae carmina nondum edita eademque commentanda Regia auctoritate munereque Tuo eras vocatus. A Te enim harum rerum disquisitio iam pendere videbatur uno. Praeterea Tu in haec carmina divina — quam beatus! — nactus eras occasionem, doctissimis iisque amplissimis viris scholas aperiendi Tuas, nec ego mehercule ad pedes tuos cum Nyerupio meo sedere auscultareque recusaverim, si advolare istis per fata et vastum telluris marisque, quo nos seiungimur, hiatum licuisset, quod nec per haec tempora licet, nec omnino unquam licebit.

Age igitur, si non ore, scriptis certe desiderio meo te diuturniori de *Voeluspa* recens interpretanda quam proxime pro Tua in me benevolentia subvenias — —

Haec mihi scribenti allatae sunt nuperrimae Tuae ad me literae die XVI. ante Kalendas Augusti datae.

Quantum ego laetor, Regem Tuum vere clementissimum liberalissimumque in ea quidem studia, quae patriae secretiora atque remotissima sanctissimaque recludunt adyta, — rarum, ne dicam inauditum apud nos in Germania exemplum — Tuis ita consuluisse rebus, ut per tres annos continuos unice posses vacare priscorum temporum carminibus

codicibusque edendis, gratulorque Tibi, mihi vero omnique dedito huic literarum generi hominum literatorum orbi quam maxime gaudeo, quod post *Sturlunga - Sagam*, cuius quidem parte priori tuo iam beneficio fruor, ad finem perductam inprimis *Eddae Saemundinae coronidi*, hoc est, divinae nostrae *Voeluspae*. *Havamaloque* perinde egregio, operam Tuam proxime es sacraturus. Qua quidem ratione vivus equidem fortasse his adhuc oculis cernam opus, quod septentrio vel si mavis Gothica antiquitas habet pretiosissimum, eruditionis indigenae atque ingenii iudiciique summo acumine sic a Te politum omnibusque absolutum numeris, ut quidquid grandioris, excelsi, elati, ne dicam superbi priscorum hominum protulerit aetas, id omne provocet, nulli cedens, nulli secundum.

Modo dilectissimae maiorum patriae numina faxint, ut Tu ea fruaris valetudine, qua frui ut possessorem quemque Horatio iudice, sic Te tanti tamque egregii otii, deo Tibi id faciente, oportet, si quod bonus quisque velit, ut prospere Tibi res cedant, nobis quidem debeat esse in votis.

Sic fiet, ut bona Islandia tam diu tamque iniuste oppressa, nec non a nostratibus passim viris alioquin optime de patria meritis doctissimisque vel imperite contemta, vel petulanter discerpta, ad novum exsurgat splendorem, *Ario* suo ceterùm *Saemundoque* Multisciis, *Snorrone Sturlaeo* historiae septentrionalis parente, *Arngrimo Jonae*, *Arnaque* suo *Magnaeo*, cui non Dania tantum, sed universa septentrionis antiquitas cimelia suá egregie

servata refert accepta, totque aliis tantisque viris ad *Thorkelinos* usque suos *Thorlaciosque* pro merito dudum superbiens.

Sed redeat tandem epistola eo, unde est exorsa. Censebant viri isti celeberrimi, *Raskius* et *Hagenius*, qui coniunctis, quod mirabar, viribus (monomachos enim priscae virtutis id parum decebat) in Ephemeridibus Ienensium *) sunt enisi, ut parvulo programmati, primum *Codicis Vidaliniani* specimen exhibenti (adiecto versionis periculo, quam nullâ aliâ, ut alii, e Dania suppeditata versione adiutus, primus nec sine cura typis mandaveram) tribus annis elapsis non privatos, ut fas erat, sed publicos se praeberent magistros — censebant isti viri, vel eorum alteruter, argumentis ceterum, quae illud evincant, haud allatis:

> „Codicem hunc nostrum *Vidalinianum*
> „non alium esse ac *Vidalinum*, nec nisi
> „Codicis Regii servile apographum, ex quo
> „quidem colligi possit, seriem quoque Oda-
> „rum in utroque codice eandem nec aliam
> „iri repertum."

At hanc ipsam seriem prorsus esse diversam, Tibi iam in praesentia paucis ostendam.

Alteram

*) Vide *Ergänzungsblätter*, 1814. Nr. 32. p. 251. — Ceterum quae ad illustrandas partim, partim refutandas has scilicet correctiones editori Ephemeridum perillustri iam ante hos tres annos miseram inserenda, nec inserta, nec ad me, ut fas erat, sunt remissa; quapropter altera parte non audita altero adhuc pede claudicet veritas necesse est.

Alteram scilicet Codicis Regii ex ipso Hagenii apographo (Magnaeana enim editio, cuius summo teneor desiderio, dum haec scripsi, nondum erat allata) alteri e Codice Vidaliniano descriptae, ut magis inde elucescat diversitas, recta linea atque e regione opponam:

SERIES CODICIS REGII.	SERIES CODICIS VIDALINIANI.
1. Völundar - Quiþa.	1. Völundar - Quiþa (totius operis nr. 10.)
2. Fra Hiorvarþi oc Sigrlinu.	2. *Alvísmál* (verum scilicet, parti Eddae Saemundinae 1mae insertum.)
3. *Alvísmál* (!!) *seu!* Helga - Quiþa Hundingsbana 1. *)	3. Helga - Quiþa H. B. 1.
4. Fra Vaulſungom.	4. *Frá Hiorvarþi oc Sigrlinu*, i. e. Helga - Quiþa H. B. 2.
5. Fra Dauþa Sinfiotla, (i. e. Sinfiotla - lok etc.)	5. Frá Vaulſungum, i. e. Helga - Quiþa H. B. 3.
6. Frá Dauþa Fafnis.	6. *Sinfiotla - lok* (quibus subnectitur *Gripis - ſpá, um Regin, Otursgiolld, um Hnikar.*
7. Frá Dauþa Sigurþar (Guþrúnar - Quiþa 1.)	7 *Frá Dauþa Fafnis* (Fafnis - mál.)
8. Quiþa Sigurþar.	8. *Sigrdrifumál* (i. e. Bryn-hildar - Quiþa 1.)

*) Carmina vero haec Nr. 2. et 3. ex mente cel. *Hagenii* non nisi locum inter se commutasse suum, patet ex eiusdem praefatione p. XCIV et XCV.

9. Brynhildur reið Helveg.

10. Drap Niflúnga. (Quiða Guðrúnar 2.)

11. Quiða Guðrúnar (3).

12. Frá Borgnyo oc Oddrúno.

13. Quiða in Grönlenzka.

14. Atlamál in Grönlenzko.

15. Guðrúnar Hvaut.

16. Hamðismál.

9. Deficit ab initio, *Brynhildar - Quiðae* 2. fragmentum.

10. *Frá Dauða Sigurðar oc* þarmed Gudrúnar-Quiða (1).

11. *Quiða Sigurðar* med Brynhilldar-Spá.

12. *Brynhilldur reið Helveg* (forte: Brynhilldar-Quiða 3.)

13. *Drap Niflúnga*, alias: Niflúnga-lok.

14. *Quiða Gudrúnar aunnur.*

15. *Quiða Gudrúnar þridia.*

16. *Frá Borgnyiu oc Oddrúna*, hoc est, *Oddrúnar grátur.*

17. *Atla Quiða hin Grœnlenzka.*

18. *Atlamál hin grœnlenzku.*

19. *Gudrúnar Hvót.*

20. *Hamdismál.*

(21. Vegtamsquiða.)

Et sic porro. Ne Te enim diutius morer, mi Magnaee, en universum carminum Eddae, quem a fronte codicis Vidaliniani sua manu posuit clariss. possessor, Mart. *Arendtius*, conspectum, ut vocant, systematicum, cui si et paginas, ubi quaevis odarum incipiat desinatve, addidero, omnem omnium

seriem ordinemque, quo utriusque codicis (Regii nimirum Vidalinianique) diversitas iudicetur, satis dignosces.

CONSPECTUS
CORPORIS EDDICI
(Vidaliniani.)

I.
Phalanx Ethica.

	Paginae codicis.
1. Hávamál (cum Rúna capitule)	25 — 72
2. Sólarliód	713 — 736
3. Gétſpeki Heidreks	601 — 632
4. Rigs - þula	632 b

II.
Phalanx Mythologica.

5. Völuſpá	1 — 24 (22)
6. Vafþrúdnismál	73 — 96
7. Grimnismál	97 — 120
8. För Skirnis	121 — 136
9. Hárbardslióð	137 — 152
10. Hýmisqviða	153 — 168
11. AEgisdrekka	169 — 192
12. Þrýmsqviða	193 — 208
13. Vegtamsqviða	593 — 600
14. Alvísmál	232 — 248
15. Fiö ſvinnsmál	665 — 680
16. Hyndlulióð	633 — 656
17. Hrafnagalldur Oðins	681 — 696
18. Grottu ſavngur	697 — 709

III.

Phalanx historica.

		Paginae codicis.
19.	Völundarqviđa	209 — 232
20.	Helgaqviđa Hundingsbana fyrſta	249 — 272
21.	. . . . . önnur	297 — 328
22.	. . . . Haddingiaſkata seu frá Hiorvardi oc Sigrlinu	273 — 296
23.	Brynhildarqviđa fyrſta	384 — 395b
24.	. . . önnur (Brot)	396 — 408
25.	Helreiđ Brynhildar	449 — 456
26.	Sinfiotla-lok (cum Gripisſpá etc.)	329 — 332
27.	Sigurđar qviđa Fafnisbana fyrſta	332 — 352
28.	. . . . önnur (P. I.)	352 — 368
29.	. . . . . (P. II.)	369 — 449
30.	. . . . þriđia	425 — 449
31.	Gudrúnarqviđa Giuka dottur, fyrſta	410 — 424
32.	. . . . . önnur	358 — 474
33.	. . . . . þriđia	474 — 480
34.	Gudrúnar hvôt	561 — 576
35.	Gunnars Slagr	457 — 458b
36.	Atlaqvida hin graenlenzka	497 — 520
37.	Atla mál hin graenlenzku	521 — 560
38.	Oddrúnar grátur	481 — 496
39.	Hamdis mál	577 — 592
40.	Gróugaldur	657 — 664

Quantum mihi ceterum adhuc succurrit, earundem nihilo minus aliquot odae ipsius clariss. *Arendtii* manu in supplementum erant adiectae, inter quas ni fallor *Rigsþula* seu *Rigsmál*, quod ad Eddam potius iuniorem esset ablegandum, et *Gunnarsslagr*. quem quidem typis impressum, *Eddae Saemundinae* parti II^{dae} prius insertum, sed iam, ut commentum aevi serioris, resectum, nuperrime mecum communicavit Vir Illustris aeque ac Summe Reverendus *Birgerus Thorlacius*, (de hac Eddae edenda parte, ut scribis, longe meritissimus) addens, se in praefatione ea esse pronuntiaturum, quae ad suspicionem iam antea de eius antiquitate (nimirum p. 272.) haud dissimulatam maiorem adhuc attulerint accessionem, nec potiorem quam in appendice locum ipsi concedant.

Sed longum foret nec hic ad rem faciens, de natura, aetate et authentia ceterorum carminum atque de ratione, quae haec inter Voeluspamque intercedit, fusius disserere, nec is ego sum, qui cum discendi cupidus ad *Tua* mallem aufugere subsellia, *mea* Tibi qualiacunque de istis rebus iudicia praecipitantior venditem, quamvis bene sciam, Te a certo sensu et vero iudicare de nobis, quod alii ne faciant partim malivolentia partim livore impediuntur.

Vale itaque iterumque vale, meque Tibi habe ad extremam usque vitae metam commendatum. Dabam Halae Suevorum in Regno Virotungico, ips. Idibus Septembris, MDCCCXVII.

Errata.

p. VII. lin. 16. pro *insarciendo* lege *infarciendo.*
— V. — 11 — Vidalino — G. Vidalini
— XXIV — 18 — Vidalinum — Vidalini.

Vǫlo Spá.

Hliođs biđ ec allar
[helgar] kindir
meiri oc minni
maugo heimdalar
vildo it ec valſauþr
vel fyr telia
fornspioll fira
þau ec fremſt umman.

Ec man iotna
ár um borna
þa er forđom
fǫdda hofđo
nio man ec heima
nio iviþi
miot viđ mǫran
ſyr mold neđan.

Ar var allda
þar er Ymir bigđi
vara Sandr ne Sǫr
ne Sualar unnir
iorđ ſannz ęva
ne upphimin

gap var ginnunga
enn gras hvergi;

Adr bursſynir
biođom um ypđo
þeir er miđgarđ
moran ſcopo
Sol scein ſunnan
a Salar Steina
þa var grund groin
grønom lauki.

Sol varp Sunnan
ſinni mana
hendi inni hogri
um himin iođyr
Sol þat ne viſſi
hvar hon Sali atti
Stiornor, that ne viſſo
hvar þer ſtadi atto
máni þât ne viſſi
hvat hann megins atti.

Þa gengo regin
oll a raukſtola
ginnheilog gođ
oc um þat gettuz

nott oc niþiom
naufn um gafo
morgin heto
oc midian dag
undorn oc aptan
arom at telia.

Hiltoz AEſir
a idavelli
þeir er haurg oc hof
hatimbrodo
afla laugdo
aud Smidoþo
tangir ſcopo
oc tol gordo.

Teflldo i tuni
teitir vöro
var þeim vettergis
vant or gulli
unnz þriar qvomo
þurſa meyiar
amatkar mioc
or iotunheimom.

Þa gengo regin

aull a raukſtola
ginnheilog goð
oc um þat gettuz
hverr ſcyldi dverga
drotin ſcepia
or brimis bloði
oc or blám leggiom.

Þar Motſognir
mǫztr um orðin
dverga allra
enn Durin annar
þeir manlicon
morg um gorðo
dvergar or iorðo
ſem Durinn ſagði.

Nyi oc Niþi
Norðri oc Suðri
Austri oc Veſtri
Alþiofr Dvalinn
Bivaurr Bavaurr
Baumburr Nori
Anoe Anarr
Ai Mioðvitnir.

Veigr oc Gandalfr

Vindolfr þrainn
Þeccr oc þorinn
Þror Vitr oc Litr
Nar oc Nyraþr
nu hefi ec Dverga
Reginn oc Raðſviðr
rett um talþa.

Fili Kili
Fundinn Nali
Hepti Vili
Hanarr Sviorr
Frar Hornbori
Fręgr oc Loni
Aurvangr Jari
Eikinnſcialdi.

Mal er dverga
i Dvalins lidi
lionakindom
til lofars telia
þeir er ſotto
fra Salarſtæini
Aurvanga Siaut
til iorovalla.

Þar var Draupnir
oc Dolgþraſir
Hár Haugſpori
Hlęvangr Gloi
Scirvir Virvir
Scafiþr Ai.

Alſr oc Yngvi
Eikinſcialdi
Fialarr oc Froſtþi
Finnr oc Ginarr
þat mun upi
meþan auld lifir
langniþia tal
loſars hafat.

Unz þriar qvomo
or þvi liþi
auflgir oc aſlgir
AEſir at huſi
ſundo a landi
litt megandi
aſc oc emblo
orlauglauſa.

Aund þau ne atto
óþ þau ne hauſto

la nę lęti
ne lito goda
aund gaf Oþinn
oþ gaf Hǫnir
la gaf Lodurr
oc lito goda.

Asc veit ec standa
heitir Yggdrasill
hárbádmr ausinn
hvita auri
þadan coma dauggvar
þęrs í dala falla
stendr ę yfir grǫnn
urdar brunni.

Þadan coma meyiar
margs vitandi
þriár or þeim Sę
er und polli stendr
Urd heto eina
adra Verþandi
scarǫ a scidi
Sculd ena þridio.

Þęr laug laugdo
þęr lif Kuro

alda bornom
orlaug ſeggia
þat man hon folc vig
fyrſt i heimi
er gullveig
geirom ſtuddo
oc i haull Hárs
hana brendo.

Þryſvar brendo
þryſvar borna
opt oſialdan
þo honn en lifir
Heidi hana heto
hvars til huſa com
vǫlo vel ſpá
vitti hon ganda
ſeiđ hon kunni
ſeiđ hon leikinn
ę var hon angan
illrar brudar.

Þa gengo Regin
aull a raukſtola
ginnheilog gođ
oc um þat gettuz

hvart ſcyldo AEſir
afrađ gialda
eþr ſcyldo gođin
aull gildi eiga.

Fleygđi Ođinn
oc i folk um ſcaut
þat var enn folcvig
fyrſt i hęimi
brotinn var borđvegr
borgar Aſa
Knatto vanir vigſpa
vollo ſporna.

Þa gengo Regin
aull a raukſtola
ginnheilog gođ
oc um þat gettuz
hverir hefđi lopt allt
lęvi blandit
eþr ętt iotons
oþs mey gefna.

Þorr einn þar var
þrungin mođi
hann ſialdan ſitr
er hann ſlict um fregn

ägengoz . . eidar
ord oc seri
mál aull meginlig
er a medal foro,

Veit hon Heimdalar
hliod um folgit
undir heidvonom
helgom badmi
á sér hon ausaz
aurgom forsi
af vedi Valfaudrs
vitoþ er en eþr hvat.

Ein sat hon úti
þa er inn aldni com
yggiongr Asa
oc i augo leit
hvers fregnit mic
hvi freistiþ min
alt veit ec Oþinn
hvar þu auga falt
i enom mera
Mimis brunni.

Dreccr miod Mimir
morgin hverian

af veđi Valfauþrs
vitoþ er eñ eþr hvat.

Valþi henne Herfauđr
hringa oc men
fe ſpioll ſpaklig
oc Spá ganda
ſa hon vitt oc um vitt
of verold hveria

Sa hon valkyrior
vitt um komnar
gaurvar at riđa
til gođþiođar.

Skuld helt Scildi
enn Scaugul aunnor
Gunnr Hildr Gaundul
oc Geirſcaugul
nu ero talþar
naunnor herians
gorvar at riþa
grund valkyrior.

Ec ſa Baldri
blođgom tivor
ođins barni
orlog ſolginn
ſtođ um vaxinn

vollo hęri
mior oc miog fagr
miſtilteinn.

Varð af þeim meiði
er mer ſyndiz
harmflaug hęttlig
Hauðr nam ſciota
Baldrs broðir var
of borinn ſnęmma
ſa nam Oðins ſonr
einnęttr vega.

Þo hann ęva hendr
ne haufut kembði
aðr a bal um bar
Baldrs andſcota
en Frigg um gret
i fenſaulom
va valhallar
vitoð er en eðr hvat.

Hapt ſa hon liggia
undir hvera lundi
lę giarn lici
Loca aðeckian
þar ſitr Sigyn

þeygi um ſinom
ver velglyiod
vitoþ er en eþr hvat.

A ſellr auſtan
um eitrdala
ſaurom oc ſverþom
Sliþr heitir ſu
ſtod fyr nordan
a nida vollom
ſalr or gulli
ſindra ęttar

Enn annarr ſtod
a okolni
biorſalr Jotuns
en ſa Brimir heitir

Sal ſa hon standa
ſolo ſiarri
naſtrondo a
norþr horfa dyrr
fello eitrdropar
inn um liora
ſa er undinn ſalr
orma hryggiom

Sa hon þar vaþa

þunga ſtrauma
menn meins vara
oc mordvarga
oc þann annars glepr
eyra rúno
þar ſug niþhauggr
nai framgengna
ſlęit vargr vera
vitoþ er en eþr hvat

Auſtr ſat in aldna
i iarnviþi
oc fǫddi þar
Fenris Kindir
verþr af þeim aullom
einna noccorr
tungls tiugari
i trollz hami

Fylliz fiorvi
feigra manna
ryþr ragna ſiot
rauþom dreyra
ſvart var þa ſolſcin
of ſumor eptir
veþr oll valynd

vitoþ er en eþr hvat.

Sat þar a haugi
oc ſló haurpo
gygiar Hirþir
gladr eggþér
gol um hanom
i gagl viþi
fagr raudr hani
ſa er Fialarr heitir

Gol um Aſom
gullincambi
ſa vecr haulþa at hiarar
at heriafauþrs
enn annarr gelr
fyr iord neþan
ſotrauþr hani
at ſaulom heliar

Geyr garmr mioc fyr
gnipa helli
feſtr mun ſlitna
enn freki renna
fiolþ veit hon froda
fram ſe ec lengra
um ragna rauk

raum ſigtyva.

Brǫþr muno beriaz
oc at banom verþa
muno ſyſtrungar
ſifiom ſpilla
hart er i heimi
hordomr micill
ſceggauld ſcalmauld
ſcildir ro klofnir
vindauld vargauld
aþr verold ſteypiz
mun engi maþr
oþrom þyrma.

Leica Mims ſynir
enn miotuđr kyndiz
at en galla
giallar horni
hatt blęſs Heimdallr
horn er a lopti
męlir Ođinn
viđ Mims haufut
ymir iþ aldna tre
enn iotunn loſnar
ſcelſr Yggdraſils

afcr ftandandi.

Geyr nu garmr fyr
gnipa helli
feftr mun flitna
enn freki renna.

Hrymr ekr auftan
hefiz lind fyr
fnyz iormungandr
i iotunmodi
ormr Knyr unnir
enn ari hlaccar
flitr nai nef faulr
naglfar lofnar.

Kioll ferr auftan
Koma muno mufpellz
um laug lydir
enn Loki ftyrir
fara fifls megir
med freka allir
þeim er brodir
Byleipz ifór.

Hvat er med Afom
hvat er med Alfom
gnyr allr iotunheimr

ÆEſir ro à þingi
ſtynia dvergar
fyr ſteindurom
veggbergs viſir
vitoþ er en eþr hvat.

Surtr ferr ſunnan
með ſviga leſi
ſcinn af ſverdi
ſol valtiſa
griotbiorg gnata
enn giſr rata
troþa halir helveg
en himin clofnar.

Þa comr hlinar
harmr annarr fram
er Odinn ferr
vid ulf vega
en bani belia
biartr at Surti
þa mun friggiar
falla angantyr

Þa komr inn micli
maugor Sigſaudor
vidarr vega

at valdyri
lętr hann megi hvedrungs
mund um ſtanda
hior til hiarta
þa er hefnt faudor

Þa komr inn męri
maugr hlodyniar
gengr Oþins ſonr
viþ ulf vega
drepr hann af moþi
midgarz vęor
muno halir allir
heimſtód ryþia
gengr fet nio
fiorgyniar burr
neppr fra nadri
nids oqvidnom.

Sol fer ſortna
ſigr ſold i mar
hverfa af himni
heidar ſtiornor
geiſar eimi
viþ aldrnara
leicr har hiti

við himin ſialfan.

Geyr nu garmr fyr
gnipa helli
feſtr mun ſlitna
enn freki renna

Ser hon uppkoma
auðro ſinni
iorð or ęgi
iþia grǫna
falla forſar
ſlygr aurn yfir
ſa er a fialli
fiſca veiðir.

Finnaz ęſir
a iþavelli
oc um moldþinur
matkann dǫma
oc a fimbultys
fornar rúnar.

Þar muno eptir
undr ſamligar
gullnar tauflor
i grasi finnaz
þęrs i ardaga

attar hofdo.

Muno oſanir
acrar vaxa
bauls mun allz batna
Baldr mun coma
bua þeir Hauþr oc Baldr
hroptz ſigtoptir
vel valtivar
vitoþ er en eþr hvat.

Þa kna Hǫnir
hlaut viþ kioſa
oc byggia burir
brǫdra tveggia
vindheim vidan
vitoþ er en eþr huat.

Sal ſer hon ſtanda
ſolo fegra
gulli þacþan
a gimlé
þar ſcolo dyggvar
drottir byggia
oc um aldr daga
yndis niota.

Þar kǫmr inn dimni

dreki fliugandi
naþr frann neþan
niþa fiollom
berr ſer i fioþrom
flygr vaull yfir
niþhauggr nai
nu mun hon ſeycqvaz